

Veritas esse sphericum.

Oceanus. Quare nihil est quod cogat nos dicere caelum empyreum esse difforme aliis caelis, esseque quadratum: adeoque quod Aristoteles et Philosophi, lib. II De Cælo, cap. iv, docent caelum esse sphericum, quia figura spherica perfectissima est et capacissima, caelo empyreo quoque attribui potest.

Ver. 3.

3. OMNIS CŪM PONTIFEX AD OFFERENDUM MUNERA ET HOSTIAS CONSTITUITUR: UNDE NECESSE EST ET HUNC HABERE ALIQUID QUOD OFFERAT. — « Hostiæ » sunt victimæ creuente; « munera, » inerte, ut dixi cap. v, vers. 4. Probat Apostolus illi, quod dixit vers. 2, scilicet Christum, licet sedeat a dextris Dei in caelo, esse tamen ibidem « Sanctorum, » id est sanctuarium, « ministrum » et sacerdotem, qui scilicet sacrificando, et sacras hostias ac munera offerendo, Deo ministret; id probat sic: Christus, licet sedeat in caelo, est tamen pontifex; atqui omnis pontifex offert munera et hostias: ergo et Christus in caelo suas hostias et munera offert, scilicet suum in cruce sacrificium, quod olim in monte Calvarie obtulit, nunc quoque ipsdum pro continuam commemorationem Patris in caelo offert, cap. ix, vers. 12.

Oratio Christiani pro nobis offerre in caelo criticum.

Secundo et proprio, Christus in caelo offert sacrificia Missæ, quæ toto orbe quotidie celebrantur; in his enim primus et primarius sacerdos qui consecrat, offert et transsubstantiationem peragit, est Christus.

4. SI ERGO ESSET SUPER TERRAM, NEC ESSET SACERDOS: CUM ESSENT QUI OFFERERENT SECUNDUM LEGEM MUNERA (1). — q. d. Si tale esset sacerdotium Christi, quale vos, o Judæi, requiritis, ut scilicet Messias vester degat semper apud vos in templo Salomonis, ibique sacrificet et faciat ea, quæ fecerunt sacerdotes Levitici et Aaronici: « nec esset sacerdos, » græce οὐδ' ἐν τῆ ἐπιθῆ, id est, ne quidem esset sacerdos et pontifex Christus: tum quia ad hoc terrestre sacerdotium, et terrestria ejus bona procuranda et impetranda sufficerent sacerdotes legales et Levitici, nec alio esset opus sacerdote secundum ordinem Melchisedech, scilicet Christo; tum quia Christus, si terrenus tantum esset sacerdos, non obtulisset hostiam Christo, id est Redemptorem et Salvatore, dignam, quæ scilicet dignificet ad nostram salutem. Nulla enim digna fuit hostia et sufficiens ad reserandum caelum, et caelestia bona salutemque nobis afferendam, præter ipsamet Christum in cruce immolatum, occisum ac terrestri vita defunctum. Ita Oecumenius.

Messias Judæorum non crederet esse pontifex terrenus degenans in templo Salomonis.

Ex hisce colligit Apostolus Christum non tantum in terra, sed et in caelo esse pontificem et Sanctorum ministrum, uti præcessit.

Ex hoc loco perperam intellectu, nuper qui-

(1) Dixerat Apostolus vers. 4 et 2, habemus Pontificem Maximum, qui... Sanctorum minister. Utinam induratum evoluit. Nam vers. 3 illustrat vocabulum minister, ejusque alii esse minus offerre. Vers. 4 vocem Sanctorum, id est caelestis, explicat, et quidam ab indi-

terram Pontifex Solum Sacrosanctus Christum hic in terra factum in caelo.

dam Faustus Socinus Senensis impium dogma conflinxit, illudque in Polonia et Hollandia sparsit, nimirum Christum sacerdotem non fuisse in terra, sed tantum in caelo, adeoque in cruce nihil obtulisse sacrificium aut lytrum redemptionis nostræ; ac consequenter Christum non fuisse Redemptorem et Salvatorem, sed tantum Doctorem hominum, et qui sancta vita meritis sit, ut post mortem fieret sacerdos et pontifex in caelo. Unde ante crucem et resurrectionem eum fuisse quidem Prophetam, sed hominem tantum, qui proinde non aliter vocandus sit quam Jesus, qui proinde non aliter vocandus sit quam Jesus a Nazareth; post resurrectionem vero eum factum esse Christum, itaque jam appellandum esse. Quod dogma blasphemum non tantum veterem arianismum, nestorianismum et pelagianismum renovat et superat, sed et Christum christianismumque totum evertit. Fundamentum veropisus ex hoc loco, et ex capite ix, vers. 11 et 24, ubi Apostolus ait, quod « Christus assistens pontifex futurorum bonorum introivit in caelum, ut appareat vultui Dei pro nobis, » petitum, nullum est: hisce enim et similibus locis tantum docet Apostolus Christum non solum in terra, uti fuit Aaron, sed etiam in caelo, esse pontificem nostrum, adeoque esse pontificem æternum, uti promiserat David, Psalm. cix, eo sensu, quo explici cap. vii, vers. 3 et 21.

Nam Apostolum velle et docere, quod Christum in terra, et in cruce fuerit pontifex, quodque proprie sacrificium suum expiatorium peccatorum totius mundi obtulerit in terra, non in caelo, ubi locus non est sacrificii, sed præmii, patet tum ex aliis, tum ex eo quod cap. ix, vers. 14, ait: « Sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semelipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram; » ideoque subdit, sanguine Christi sanctum fuisse novum testamentum et fœdus, quo Deus nobis per Christi meritum, et sacrificium in cruce peractum remittit peccata, gratiam confert et præmittit caeleste regnum. Et vers. 26 et 28: « Christus, inquit, semel obtulit est (ubi, nisi in cruce?) ad multorum exhauriendam peccata. » Rursum, cap. x, vers. 14: « Una, inquit, oblatione (cruce) consummavit (Christus) in sempiternum sanctificatos. » Et passim ad Romanos, Galatas, Corinthios aliosque clamat Apostolus, Christum mortuum esse propter delicta nostra, et ab iis nos per opera legis non posse justificari, sed tantum per fidem et merita Christi: adeoque totus in eo est, ut doceat nullam esse aliam viam aut spem justitiae et salutis, quam per sanguinem et mortem Christi, Christum.

Sensus est: Quodsi enim (Christus) esset (Pontifex Max.) in his terris, plane non esset Sacerdos Maximum (nempe non esset quomodocumque sacerdos, qualis in Psalmo describitur), quum il tantum (in terra) habeantur Sacerdotes, qui ex præscripto legis sacrificia offerunt, qui inserviant figuræ et umbrae colli. Ita Alii cum multis.

Ver. 5.

tumque in cruce immolatum, « qui factus est nobis justitia, sanctificatio et redemptio. » 5. QUI EXEMPLARI ET UMBRA DESERVIENT COLES- TIV. — q. d. Sacerdotes Levitici « deservunt » (græce ἀξιοῦσιν, id est, laetitia et magna reverentia servunt) tabernaculo, id est, Sancto et Sancto sanctorum; quod tantum est exemplar, græce ἑκτύπωμα, id est substentio, obscura pictura, representatio, typus et umbra rerum caelestium, que in Ecclesia tum terrena et militante, tum maxime caelesti ac triumphante a Christo peraguntur. Nam primo, sacrificia et victimæ, quas in altari holocaustorum quotidie offerbant sacerdotes Levitici, significabant sacrificium Missæ, quod quotidie per sacerdotes suos in Ecclesia offert Christus.

Holocausta vetera erant ἑκτύπωμα, id est umbra et typus sacrificii Missæ ab eoque reverentiam habebant.

sacrificium Christianorum caelestem habet hostiam.

Locus pro veneratione et cultu imaginum.

Secundo, quod pontifex immolatis hostiis cum sanguine semel in anno intrabat in Sanctum sanctorum, significabat Christum per immolationem sui sanguinis et vite, ingressurum in caelum, ut ibi apud Deum noster sit pontifex, pro nobis interpellans nobisque caelum reserans, de quo dicitur cap. ix, ubi hæc ipsa caelestia vocat ipsum caelum, cuius exempla erant Sancta sanctorum Judaica et terrestria.

Nota hunc locum pro veneratione sanctorum imaginum. Apostolus enim hic dicit Judæos tabernaculo, tanquam ἑκτύπωμα, id est imaginem et picture rerum caelestium, invisibilium et divinaram, latrari, summumque illius sæculi cultum impendisse: hoc enim significat verbum ἀξιοῦσιν. Judæi adorantes propitiatorum arce, Deum per illud representant, et in illo quasi throno suo residentem adorabant. Sicut enim in imagine sua coluntur Sancti, ita et Deus.

Sicut desponsus est (ἀρραβώτης, id est, divino Actum est) Mosi, cum CONSUMMARET TABERNACULUM. — « Consummaret, » id est consummare vellet, vel cogitaret, græce enim est ἀπὸ κατασκευῆς, id est, cum consummaturus esset tabernaculum.

VIDE, INQUIT, OMNIA FACITO SECUNDUM EXEMPLAR, QUOD TIBI OSTENSUM EST IN MONTE. — Citat Exodi

VI, 2, ubi dicitur, quod Deus ostendit Moysi in monte Sinai tabernaculum, quod erat secundum exemplar, quod viderat in monte Sina. Hæc verba sunt, quæ dicitur in Exodi VIII, 2, quod Deus ostendit Moysi in monte Sinai tabernaculum, quod erat secundum exemplar, quod viderat in monte Sina. Hæc verba sunt, quæ dicitur in Exodi VIII, 2, quod Deus ostendit Moysi in monte Sinai tabernaculum, quod erat secundum exemplar, quod viderat in monte Sina.

VIDE, INQUIT, OMNIA FACITO SECUNDUM EXEMPLAR, QUOD TIBI OSTENSUM EST IN MONTE. — Citat Exodi VI, 2, ubi dicitur, quod Deus ostendit Moysi in monte Sinai tabernaculum, quod erat secundum exemplar, quod viderat in monte Sina. Hæc verba sunt, quæ dicitur in Exodi VIII, 2, quod Deus ostendit Moysi in monte Sinai tabernaculum, quod erat secundum exemplar, quod viderat in monte Sina.

rum caelestium hic ex Eccl. Scens allegorice tabernaculum Mosiacum.

Ver. 7.

Error Manichæorum putantur legem veterem aliquam nulli coartantes.

Nota hypallagen: « locus secundi, » id est secundum in loco, vel locatum et positum loco primi.

testor, largitor gratiæ, gloriæ, beatitudinis et honorum omnium: vix versa ipsi erant mihi populus, quia me agnoscent, credent, servient, colent et obediant, sperabunt et diligant tanquam Deum, dominum et patrem amatissimum. Alludit ad illud. *Exodi XIX, 3*: « Eritis mihi in peculiâ de cunctis populis, et in regnum sacerdotale, et gens sancta ».

41. ET NON DOCEBIT UNUSQUISQUE PROXIMUM SCUM, DICENS: COGNOSCE DOMINUM. — Primo, S. Augustinus, lib. *De Spiritu et Lettera*, cap. XXIV, Anselmus et Cajetanus, putant hoc dici de Beatis, quæ sit *q. d.* Cum per novum testamentum evademus in cælum, erimusque beati, tum nemo amplius alium docebit, quia omnes sat superque docebit Dei clara et beata visio.

Gratia et q. d. Cum per novum testamentum evademus in cælum, erimusque beati, tum nemo amplius alium docebit, quia omnes sat superque docebit Dei clara et beata visio.

Verum hoc est præter mentem tam Jeremiæ, quam Pauli. Uterque enim loquitur de cognitione et gratiâ, quam affert fidelibus novum testamentum in hac vita, cum vetus testamentum Judæis parum attulerit lucis, sapientiæ et gratiæ.

Secundo, S. Thomas et Ambrosius putant hæc dici de Apostolis qui docti erant a Spiritu Sancto, nec egebant alio doctore. Sed et hoc nimis arctum est: loquitur enim tam Propheta, quam Apostolus de quibusvis filiis novi testamenti, cisque hoc lumen et hæc gratiam promittit.

Tertio, S. Hieronymus in *Jeremiæ XXXI*, sic explicat, *q. d.* Tempore novi Testamenti, non quaerent fideles Judæos aut philosophos magistros, uti ante fecerunt, non quaerent Judaicas traditiones, nec philosophicas rationes, ut ad veri Dei fidem et cognitionem parveniant. Sed nec hoc explicat mentem Prophete, qui non tantum Judæos aut Gentiles, sed et Christianos doctores hic videtur excludere.

Quarto et melius, Theodoretus, Theophylactus, Eusebius et S. Augustinus, lib. *De Gratia Christi*, cap. XII, sic explicant, *q. d.* In nova lege, non opus erit Christianis magno labore ad discendum necessaria ad salutem; sed facile id facient, ita ut pueri quoque (uti fieri videmus) statim ea addiscant et capiant, tum quia præcepta legis novæ pauca sunt, scilicet decalogi, fidei et Sacramentorum; tum quia dat eis Deus magnas illuminationes, ut Deo interiori docente statim hæc percipiant. Verum nec hic sensus exhausti mentem et fundum Prophete, uti mox patebit.

Dico ergo, hunc esse genuinum hujus loci sensum, *q. d.* Omnes per catechesim et baptismum effecti Christiani (de fidelibus enim loquitur, non de infidelibus), tum in primitiva Ecclesia, tum deinceps, habebunt unius veri Dei cognitionem, amorem, cultum et timorem, contemnentque omnino pristinam suam idololatricam: Deus enim ita interiori sua gratia mentem illorum illuminabit, et cor voluntatemque accendat, ut sponte abjectis idolis omnique superstitione, Deum verum agnoscant, colant et ament.

Ubi nota primo: Cognitione hæc homini, de qua

hic loquitur Jeremias, non est nuda et speculativa, sed affectuosa et practica, *q. d.* « Cognosce Dominum, » et cognitum cole, time et redama. Est metalepsis: Unde Jonathas Chaldaeus sic vertit, non docet ultra vir proximum, sed dicens: Scito timere Dominum, quia omnes dicunt ut sciam timorem mei. Idem Jonathas, *Osæ IV*, pro eo quod Noster vertit, non est scientia Dei in terra, sic habet, non est qui ambulat in timore Domini in terra. Non ergo loquitur Jeremias et Paulus de cognitione omnium mysteriorum et artemolorum fidei, sed tantum de cognitione et cultu veri Dei: hoc enim est « cognosce Dominum. » Id patet ex ratione, quam subdit: « Quia propitius ero iniquitatibus eorum, et peccatorum eorum non memorabor, » *q. d.* Cum Christiani videbunt se a Deo per Christum erutos ex miserrimo peccati et damnationis æternæ statu, statim agnoscent Deum liberatorem suum, illi gratias agent, totique rapientur in ejus amorem et obsequium, ut scilicet Dei legibus et voluntati per omnia parere salagent.

Hinc nota secundo: Non excludit hic Jeremias ministerium et doctrinam Apostolorum, aliorumque doctorum et præconum Evangelii: hos enim, ut ait Apostolus *Ephes. IV, 11*, posuit Deus in Ecclesia ut eam doceant, edificent, perficiant. Sed eos hic presupponit. Loquitur enim Christianis, qui ab Apostolis aliisque doctoribus catechizati et baptizati sunt. Tantum ergo vult docere Jeremias in lege nova tam facile fore, audita Evangelii prædicatione, Dei cognitionem, cultum, amorem et obedientiam, ut sponte sua eo procurant homines: cum Judæi in veteri Testamento vix minimis et paucis cogi possent ad relinquendum idola, et ad Deum verum cognoscendum, colendum, amandum illicque obediendum; idque proventurum ex eo quod Deus hanc sui cognitionem, cultum et legem non inscribet tabulis lapideis, uti fecit Judæis, sed menti et cordi Christianorum: tanta scilicet luce mentem illustrando, tantaque efficacia et suavitate voluntatem impellendo, ut homines rapiantur ad sui cognitionem et amorem. Hoc tamen non excludit, quin ad hæc inchoanda, agenda et promovenda, aliæque addenda, quo ad partem utrumque fidei mysteriorum et legum Christi institutionem et cognitionem pertinent, aliis alium docere, hortari et excitare debeat: ad hoc enim, ut dixi, posuit Deus in Ecclesia Apostolos, doctores et Pastores.

Perperam ergo Anabaptistæ alique Novantes hinc probare conantur spiritum privatum ejusque hominis esse judicem controversarum fidei et sacre Scripture interpretem, esseque regulam tam credendorum quam agendorum. Sic enim spiritus privatus et secretus est, qui ab aliis, imo ab ipso qui eum habet, videri et sciri nequit auter sit an albus: et quisque dicit se hunc habere spiritum, uti privatos hosce spiritus infero maxime contrarios et pugnantes experimur,

Dei non videtur esse secretus, sed manifestus, et communis omnium Christianorum in agunt; quemque dicunt, non Scripturas inter retari sed et quæque interiori docere et ex latere id Dei veri cognitionem et amorem, et ad hoc esse necessarium: adeo, « ut nisi hic spiritus cor di audientis adsit, otiosus sit sermo doctoris, » ait S. Gregorius, hom. 30 in *Evangel.* Sic S. Joannes, *epist. I*, cap. II, vers. 27, dicit: « Unctio ejus docet vos de omnibus, » *q. d.* Non est necesse ut pseudoapostoli vos doceant fidem (de his enim agi patet ex vers. 22), jam enim eam didicistis, et discitis per me et Apostolos, cooperante unctio Spiritus Sancti, quam tum alias, tum maxime in sacramento Confirmationis accepistis. Necesse est enim ut quod Apostoli foris, hoc Spiritus Sanctus intus vos doceat. « Nisi enim hic intus vos doceat, inanis est omnis strepitus vocis humanae, » ut in eum locum ait S. Augustinus. Sic ex *Isaia*, cap. LIV, ait S. Joannes in *Evangel.* cap. VI, vers. 43: « Et erunt omnes docibiles Dei. » Hebraice למודים *lemudim*, grece διδασκάλους, id est, docti a Deo, qui scilicet potissimum erit doctor Christianorum, ut interior eorum mentem doceat, illuminet, inflamment ad vocem externam Christi et discipulorum ejus: cum olim per Prophetas, per sacerdotes, per Scripturam et legem in veteri Testamento magis exterius quam interior

Christi et docibiles Dei.

doceret Judæos, qui idcirco indocti, rudes, frigidi et torpidi in Dei amore et cultu remanebant.

Nota: Quo quis magis cor suum purificat, Deoque per orationem conjungit, eo magis a Deo interiori docetur. Hinc S. Antonius, teste S. Athanasio, creber et quasi continuus in oratione, condonum a Deo acceperat, ut, si cunctis rei sedens in montæ ignarus fuisset, et ejus sectam inquireret noticiam, ea ei oranti mox a Deo revelaretur. Similes theodidaei fuerunt S. Joannes Evangelista, Simeon Stylites, S. Paulus primus Eremita, S. Dominicus, S. Franciscus et alii.

Pro veteravi grece est *παλαιον*, id est antiquum, vetus esse declaravit, *q. d.* Cum Deus per Jeremiam dicit: « Consummabo testamentum novum, » aperte significat, prius testamentum Mosiacum, hoc ipso tempore Jeremiæ, paulatim antiquari, consensescere et decidere, ac proinde non duraturum, sed sensu magis et magis veterascere et interire, donec paulo post corrumpatur et aboleatur per novum testamentum a Christo inducendum. Hæc omnia ille dicit Paulus, ut Hebræos a Mose ad Christum abducat, doceatque eos non mirari debere, quod Deus vetus testamentum a se datum abrogaverit (utpote infirmum et insufficientem ad justitiam et salutem) per novum novi Messie Salvatoris, cum id promissum et prædictum sit ante tot secula a Jeremia

Testamentum vetus tempore Jeremiæ inauguratum habet quart.

13. DICENDO AUTEM NOVUM VETERAVIT PRUS. — Pro veteravi grece est *παλαιον*, id est antiquum, vetus esse declaravit, *q. d.* Cum Deus per Jeremiam dicit: « Consummabo testamentum novum, » aperte significat, prius testamentum Mosiacum, hoc ipso tempore Jeremiæ, paulatim antiquari, consensescere et decidere, ac proinde non duraturum, sed sensu magis et magis veterascere et interire, donec paulo post corrumpatur et aboleatur per novum testamentum a Christo inducendum. Hæc omnia ille dicit Paulus, ut Hebræos a Mose ad Christum abducat, doceatque eos non mirari debere, quod Deus vetus testamentum a se datum abrogaverit (utpote infirmum et insufficientem ad justitiam et salutem) per novum novi Messie Salvatoris, cum id promissum et prædictum sit ante tot secula a Jeremia

CAPUT NONUM

SYNOPSIS CAPITIS.

Actus ex pontifice, sacerdotio et testamento veteri demonstravit Apostolus legem veterem cessare debuisse, et cedere Christo ejusque legi; nunc idem probat ea fabrica et significatione tabernaculi, quod erat figura Ecclesie Christi.

Primo ergo describens Sanctum, et Sanctum sanctorum, eorumque vasa, docet pontificem veterem semel in anno cum sanguine hircorum introentem in Sancta sanctorum significasse Christum, qui per sanguinem suum ingressus in cælum, illud reseravit, et æternam redemptionem nobis comparavit.

Secundo, vers. 13, docet Christum esse mediatorem novi testamenti, quia illud suo sanguine et morte sanxit et confirmavit, sicut sanguine hircorum sanxit et confirmavit est vetus testamentum.

Tertio, vers. 24, docet Christum per sanguinem suum ingressum esse in cælum, ut appareat cultui Dei pro nobis, et expectantibus se sit in salutem.

1. Habuit quidem et prius justificationes culturæ, et Sanctum sæculare. 2. Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, et mensa, et propositio panum, quæ dicitur Sancta. 3. Post velamentum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum: 4. aureum habens thuribulum, et arcam testamenti circumctam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, et virga Aaron, quæ fronderat, et tabulæ testamenti; 5. superque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorum: de quibus non est modo dicendum per singula. 6. His vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes: 7. in

